Ad cenam agni providi et stolis albis candidi post transitum maris rubri xpo canamus principi. Cuius corpus sanctissimū in ara crucis torridū cruore eius roseo gustando vivimus deo. Protecti pasche vespe a devastante angelo erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nostrum xpc est qui immolatus agnus est sinceritatis azima caro eius oblata est. O vere digna hostia per quā fracta sunt tartara redempta plebs captivata reddita vite premia. Cū surgit xpc tumulo victor redit de baratro tyrannū trudens vinculo et reserās paradysum. Quesumus actor oīm in hoc paschali gaudio ab omni mortis impetu tuū defende pplm. Gloria tibi dñe qui surrexisti a mortuis cū patre et scō spū in sempiterna secula. Amen. Isti duo vsus scilz Qs actor et Glā t dñe qui sur. dicantur i fine oīm ymnor eidē metri usque ad pmas vespas ascensionis nisi i ymnis Que terra. et O glosa. qn annūciatio pt pascha celebratur. et n in ymnis bi Petri [illegible]mīs. et corone dñi. qui pdicti oēs dicant scdm qd in locis suis signatū ē.

cū patre [illegible] et scō

Ad cplt. ymnus.

Ihesu nostra redemptio amor et desiderium deus creator oīm ho

Qn ymnus terminat in re cantet Amen sic Amen.

Quando ymnus terminat in mi cantet Amen sic. Amen.

Qn ymnus terminatur in sol vel in ut cantetur Amen sic Amen.

Allow your congregation to see ancient liturgical manuscripts • CCWATERSHED.ORG/CAMPION